



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quòd de Pascha et co[n]texe[n]dis sacris voluminib[us] ad Euse. scripserit.
Cap. XXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EUSEBII DE VITA

CAP. *Quòd de Pascha et cõtexẽdis sacris voluminib⁹ ad Euse. scripserit.*

XXXIII

IS verò magna cura cõplectens Dei ecclesias, de paradisi sacris codicibus, ad nos scriptam epistolam misit: quemadmodum etiã de sanctissimo Paschae festo. Nam cù nos dedicato illi libello arcanam huius festi rationem retexeramus: quemadmodum nos compensarit, honorificeq; responderit, quiuis ex eius ad me literis facile potest intelligere.

Constantini ad Eusebiũ epistola in qua de pascha orationẽ laudat.

CAP.

Victor Constantinus Maximus Augustus Eusebio.

XXXV.

Difficillimũ sane opus est, & supra omnẽ orationis facultate positũ, mysteria Christi pro dignitate explicare, & institutã de Paschate controuersia vnde orta & quomodo, laboriose quidẽ, sed vtiliter ad exitũ adducta sit: congruẽti oratione exponere. Nã numinis magnificentia ne illi, quidẽ qui eã mente cogitationeq; assequi queũt, satis pro dignitate sua vlla orationis facultate explicare possũt. Verũtã, me incredibilis voluntatis et studii tui magnitudine admiras: cù ipse libellũ tuũ libẽter legi: tũ etiã vt is plurib⁹ diuinarũ rerũ verẽ studiosis ederetur, quoniã ita voluisti, edicto mandauisti. Quapropter cù animaduertas quanta auiditate ista tã, p̄clara munera abs tua prudẽtia accipim⁹: vide, vt quib⁹ ipse, te p̄ceptionibus educatũ esse fateris: his nos, & quidẽ frequentiorib⁹, alacriores reddas. Te vero q̄ vulgo dici solet spõte, currentẽ ad vsitata tua curricula adhortor, quãdo quidẽ hæc, tuã fiducia ostẽdit dignũ te inuenisse lucubrationũ tuarum, interpretẽ, qui illas in nostrã linguam cõuertat, quibus nulla sane queat eloquutio tã p̄clararũ rerũ cõsequi dignitatẽ atq; hæc quidẽ hac de re ei⁹ epistola fuit. Quòd verò ad nos de lectionũ diuinarũ apparatiõẽ scribebat id ferẽ eiusmodi est.

Constantini ad Eusebiũ epistola de apparatiõẽ sacrorũ voluminũ.

CAP.

Victor Constantinus Maximus Augustus Eusebio.

XXXVI.

CVM Dei seruatoris nostri prouidẽtia factũ sit: vt in hac vrbe nostri cognomine infinita ferẽ multitudo sanctissimæ se ecclesie cõsecrat: æquũ sane imprimis esse videtur, vt vniuerso eorũ cœtu mirabiliter aucto, ecclesie quoq; plures in ea instituãtur. Quapropter quid nobis videatur accipe. Visum est hoc significare prudẽtiẽ tuẽ, vt quinquaginta illarũ scripturarum volumina quarũ & apparationẽ & vsum maximẽ ecclesie necessariũ cognoscis, queq; præterea facile legi & circũferri queũt, ab artificib⁹ scite scribẽdi peritis po-

litio